Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

37 Visitatio carcerum semel in mense fieri debet vltra solitam in hebdomada.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

rum adeſſe teneatur, nec reorum etiam extrà carcerem exiſtentium defenſionem aſſumat, ſed pro veritate, & iuſtitia cauſam Fiſci tueatur; quarè tàm *in §. 38. dictæ Conſtitutionis* 58. Pii IV. quàm *in verſ. Gubernator vrbis*, & Alteriùs 71. *Pauli V. tit. de Carceribus, & Carceratis* iniungitur Gubernatori Vrbis, quòd *vnà cum Aduocato Fiſci, 37
& aliis ſemel in menſe per ſeipſum viſitet Carceres, tàm ſecretas, quàm publicas vltrà viſitationem ordinariè fieri ſolitam ſemel in hebdomada.

Cumquè Imperator Conſtantinus ſtatuerit *in l. 3. C. de Aduocatis Fiſci deſumpta ex l. 1. tit. 15. lib. 10. Cod. Theodoſ.* vt

Aduocatus Fiſci, pœnas me-
tuens caueat, nè Fiſcalia com-
moda occultet, neuè vllo nego-
tio exiſtente Fiſci nomine pri-
uatis audeat calumnias commo-
38 uere, Theodoricus Rex * apud
Caſſiodorum *variar. lib.* 1. *Epi-
ſtola* 22. ſic eum allocutus fuit.
*Sume igitur Fiſci noſtri tuenda
negotia, in tuendis officij tui pri-
uilegijs prædeceſſorum exempla
ſecuturus. Itá ergò per medium
iuſtitiæ tramitem, medius incede,
vt nec calumnia innocentes gra-
ues, nec iuſtis petitionibus reten-
tatores exoneres; illa enim vera
lucra iudicamus, quæ integritate
ſuffragante percipimus; non ergò
quoties ſuperes, ſed quemadmo-
dum vincas inquiramus, æquita-*

tem